







1718 6

PRO-RECTOREM MAGNIFICVM  
ILLVSTRISSIMOS COMITES  
PATRESQVE AC CIVES ACADEMIAE

AD

DISPVATIONEM INAUGVRALEM  
CONSULTISSIMI

SVMMORVM IN VTROQVE IVRE HONORVM  
CANDIDATI

GOTOFREDI REINOLDI  
KOESELISII

VITEMBERGENSIS

EO, QVO PAR EST, CVLTV ET STUDIO

INVITAT

CHRISTOPH. HENRICVS  
BERGERVS, D.

ORDINIS IVRIDICI IN ACADEMIA  
VITEMBERGENSI H. T. DECANVS.



PRO-RECTOREM MAGNIFICVM  
ILLVSTRISSIMOS COMITES  
PATRESQVE AC CIVES ACADEMIE  
AD  
DISPUTATIONEM IN PVBLCAM  
CONSULTISSIMI  
SVMORVM IN VTROVE IQVE HONORVM  
CANDIDATI  
GOTTFRIDI RHNOLDI  
KORSELI  
VITMBERGENSIS  
HO. PRO PAB. DIT. C. P. DE STVDIO  
INVTAT  
CHRISTOPH. HENRICVS  
BERGERVS. D.  
ORDINIS IYRIDICI IN ACADEMIA  
VITMBERGENSIS P. DECANVS







**L**ure Romano a poena  
mortis liberabat ro-  
bur eximium, aut  
scientia artis singula-  
ris, modo ita reus  
affectus esset, ut di-  
gne populo Romano  
exhiberi possit, atque inprimis Princeps  
desuper consuleretur. *L. Ad bestias 31.  
de Poen.* Vbi quaeritur: utrum lex ea  
ad carcerem publicum, *Schuld-Thurm/  
Jure Saxonico Electorali Part. 2. Conf.  
22. et Ord. Proc. tit. 52.* in debitores mo-  
rosos constitutum, sit extendenda? Ne-  
gatum aliquando fuit in Summo, qui  
a 2 Dre-



Dresdae floret, Prouocationum Senatu, cui talis casus obuenit: aduocatus, insigni rerum prudentia ac usu instructus, ob aes alienum in custodias publicas includitur, ex quibus, ut iterum dimittatur, praestita iuratoria cautione, petit a Principe, auxilio ac beneficio legis ad bestias. at praedictus Senatus preces repudiat, propterea quod generatim legibus Saxonis sit cautum, ne obaeratus, et carcere publico multatus debitor liberetur, quamuis iuratoriam cautionem praestare uelit. Neque lex ista Romana ad carcerem publicum referri et applicari potest, quandoquidem eius ratio maxime animaduertitur ea, ne artes simul cum reo intereant; id quod in carcere publico haud metuendum est, quum ibidem reus detineatur tantummodo tamdiu, donec soluat. Doctores uero, qui aientem sententiam sequuntur, intelligendi sunt de consuetudine locorum speciali, non generali. nec  
du-



dubito, carcerem publicum contra ad-  
uocatum, etiamsi promotus sit Doctor,  
decerni posse, dissentientibus quamuis  
Dnn. Scabinis Lipsiensibus apud B. Dn.  
Riinum *ad Ord. Proc. Sax. Tit. 52.*  
*Enunc. 12.* nam leges Saxonicae re-  
gulariter nullum personarum discrimen  
constituunt et admittunt, sed in genere  
de omnibus debitoribus obaeratis, cu-  
iuscunque demum sint conditionis, ho-  
nestioris, an uilioris, loquuntur. neque  
sequitur: Doctores gaudent ac fruun-  
tur beneficio competentiae; ergo aduer-  
sus eosdem carcer publicus decerni ne-  
quit, propterea quod beneficium com-  
petentiae solummodo in eo, ne debito-  
ri omnia alimenta auferantur, consistit,  
et in carcerem publicum coniectus de-  
bitor beneficio quoque competentiae,  
sibi concessio, uti non prohibetur, idem-  
que beneficium neutiquam amittit.  
Haec pauca, pro instituti ratione, me  
dixisse sufficiat.

Laudibus enim or-  
a 3                      nandus



nandus est Candidatus Noster Nobilissimus atque Clarissimus, GOTO-FREDVS REINOLDVS KOESELISIVS, Vitembergensis, qui haud ita pridem inter Candidatos ut recipere-tur, nomen dedit, ac in utroque, quod sustinuit, examine, egregios suos in Iure profectus, ad ea, quae proponeban-tur, promte ac recte respondendo, ita probauit, ut Ordo Noster Dignissimum Eum, cui et causas in foro orandi et summos in utroque Jure honores obti-nendi copia atque potestas fiat, iudi-cauerit. Cuius Candidati Nostri Con-sultissimi de reliquo uitae, quem ho-neste peregit, cursum, mihi ab Eodem oblatum et proprio Marte conscriptum, sisto :

Ego autem, inquit, GOT OFREDVS REINOLDVS KOESELISIVS na-tus sum Anno MDCCXCII. die 4. Augu-sti in hac Inclyta Electorali Saxonum Urbe,



Urbe, ex antiquissima KOESÉLIS-  
ORVM gente, Patre nimirum, qui ad-  
huc, per gratiam O. M. Dei, super-  
stes est, AVGVSTINO KOESELISIO,  
Ciue huius loci et honesto, et uete-  
rano, Matre uero, CATHARINA, diui  
REISSII, Urbis huius integerrimi Ciuis,  
filia. Qui quidem parentes, suo probe rite-  
que functuri officio, nihil habuerunt prius,  
quam, ut ad honorem Dei, hominum-  
que emolumentum, pie educarer. Hinc  
me primum priuatissimae quorundam  
doctrinae eruditae Studiosorum institu-  
tioni fideique commiserunt, quorum in  
numero fuit Dn. M. Boetigerus, tum tem-  
poris Theologiae Studiosus, nunc uero  
Scholae, quae hic est, Collega quartus  
clarissimus, deinceps uero ludo huius lo-  
ci oppidano me erudiendum tradide-  
runt. Praeceptores, quos in eo nactus  
sum fidelissimos, sunt, qui hodieque in  
Classe quinta M. Pilariccus, in Quarta  
dius



diuus Homutius, (quo ciues huius Urbis tantum non omnes, quos inter et Parens est meus, Praeceptore sunt usi) et diuus Thauerus, adiutor illius substitutus, in Tertia diuus Ulichius, Cantor, in Secunda diuus M. VVincelmannus, Con- Rector, et diuus M. Peiscerus, Rector, clarissimi, fidelissimique Uiri. Anno huius seculi octauo, mense Aprili, patriam Scholam cum illustri illa, quae Grimmae floret, Prouinciali, commutauit, utpote in qua per quadriennium doctissimis, dexterrimisque Praeceptoribus mihi licuit frui. Fuerunt illi in Lectione, ut uocant, inferiori, clarissimus M. Cnautius, illius Gymnasii Collega tertius, et Samuel Iacobi, Cantor celeberrimus, de quo non possum non publice profiteri, ipsius fidem, et operas, et merita, in me maxima fuisse. In Lectione superiori obtigit mihi diuus M. Petermannus, Gymnasii Rector longe meritissimus, et M.  
Erme-



Ermelius, olim Con-Rector, nunc uero  
Rector celeberrimus. Superfunt adhuc  
et fama meritisque florent M. Schuma-  
cherus, et Egenolphus, ille hoc tempo-  
re ibidem Con-Rector, hic Collega ter-  
tius, eodem fere tempore, quo abitum  
moliebar, in numerum recepti Collega-  
rum, ut ideo de ipsis plura proferre haud  
possim. Tum uero, altiora meditatus,  
in hancce Academiam patriam, Anno  
cdo 10CC XII, Mense Maio, Ioanne An-  
drea Planero, Academiae Pro-Rectore  
Magnifico, Math. Sup. P. P., me contu-  
li, et, Iurisprudentiae me consecraturus,  
Viri Consultissimi, Brendelii, I. V. Do-  
ctoris Celeberrimi, tam in Philosophicis,  
Logica uidelicet ac Metaphysica, quam  
Iuridicis, Institutionibus nimirum Iusti-  
nianeis, et Struuii Iurisprudentia Roma-  
no-Germanica, opera et dexteritate u-  
tendi facultas mihi data fuit. Iis autem  
scholis uix ad dimidium perductis, fato-  
b rum



rum iniquitate ad finem properare et  
Academiam hanc cum Ienensi commu-  
tare sum iussus. Qua in Academia, ut  
feliciori successu studia mea tractaren-  
tur, summopere laboravi. Primum igi-  
tur Philosophiae, quippe quae ad omnes  
alias scientias viam praeparat, rationem  
esse habendam, existimaui, eoque con-  
silio scholas Excellentissimi Ioannis Iaco-  
bi Syrbii, Philosophiae primae et ratio-  
nalis P. P. in Logicis et Metaphysicis,  
diui Mulleri, Moral. P. P., in Iure Natu-  
rae et Gentium, ad ductum Hugonis  
Grotii de Iure Belli et Pacis, quam po-  
tui, diligentissime sum sectatus. In ipsa  
uero Iuris arte Doctores mihi elegi, Vi-  
ros Magnificos, Excellentissimos atque  
Iurisconsultissimos, Ioannem Bernardum  
Frisium, Ictum, eundemque Principis  
Ifenacensis Consiliarium Aulicum, Chri-  
stianum VVilduogelium, Ictum, Sere-  
nissimi Ducis Ifenacensis Consiliarium  
Inti-



Intimum, Ioannem Christianum Schroeterum, Ictum, Ioannem Guilelmum Dietmarum, I. V. Doctorem, et Consiliarium Saxonicum, Fridericum Gottlieb. Struuium, I. V. Doctorem, et Curiae Prouincialis Aduocatum ordinarium, quos, in Institutionibus, Pandectis, Iure Canonico, Iure Feudali, longe fidelissimos habui Praeceptores. Ex omnibus tamen Viro Magnifico, I. B. Frisio, utpote cuius opera et fides in me maxima fuit, plurimum, fateor, me debere. In Historia et Iure Publico opera et studio Celeberrimi Historiarum Professoris, Burchardi Gotthelff. Struuii, tum priuatim, tum publice, sum usus. Iis igitur studiis post triennium ad finem feliciter perductis, Pater meus honoratissimus, propter defectum subsidiorum, quibus mihi diutius succurrere non poterat, Iena me domum reuocauit, in hanc, inquam,

b 2

Aca-



Academiā longe celeberrimam. Anno igitur clō 1600 XV. redux factus, ne tempus silentio transigere uiderer, adii Virum Excellentissimum atque Consultissimum, Ioannem Fridericum VVolffium, I. V. Doctorem Celeberrimum, quippe qui principia et ipsam Iuris artem, tam theoretice, quam practice, mihi discendi cupidissimo, diligentissime omnia repetendo, instillauit, et inculcauit, ita, ut ipsius fidem atque operam, in hoc studii genere mihi praestitam, satis praedicare haud queam. Is enim est, cui omnia mea debeo studia. Nequaquam tamen auditoria neglexi atque scholas Magnificorum et Excellentissimorum Virorum, diui Casp. Henrici Hornii, Icti Celeberrimi, Potentissimi Poloniarum Regis et Electoris Saxonici, in Summo Prouocationum Senatu Consilarii, Ordinis Iuridici, per id tempus, Ordinarii et Senioris,



42

nioris, Magnifici, Ioannis Balthaf. VVernheri, I Cti, Ordinarii, atque Potentissimi Regis Polon. et Elect. Sax. Consiliarii Aulici, et Mich. Henrici Gribneri, I Cti, Regis Pol. Potentissimi et Elect. Sax. Consiliarii Aulici, utpote quorum recitationibus publicis quam diligentissime interfui, quin etiam hisce laudatissimis Viris, quorum merita in hanc Academiam profecto sunt maxima, Excellentissimis item atque Consultissimis Doctoribus, Gebh. Christiano Bastinellero, Pandectarum Prof. P., et Godofr. Lud. Menckenio, Inst. Imp. Prof. P., Dicasteriorum Iuridicorum Vitembergensium Assessoribus, in actu inaugurationis Candidatorum Praesidibus, Auditoriorum publicorum subsellia, opponendi causa, plus semel occupavi. Tali modo uerae Iuris Philosophiae scientia imbutus, incremento meorum studiorum laetus, non ita pri-

scilicet

b 3

dem





dem Amplissimo Ordini Iuridico me  
examinandum offerre sum ausus, qui  
me etiam quam benignissime admisit,  
Examinibusque, Dei gratia, haud in-  
feliciter peractis, et Titulis Institutio-  
num de Interdictis, et Pandectarum  
de Iurisdictione, praesente maxime Spe-  
ctabili Ordinis Iuridici hoc tempore  
Decano, Viro Excellentissimo atque  
Consultissimo, Dn. Christoph. Henri-  
Bergero, I. V. Doctore, Facultatis Iu-  
ridicae et Iudicii Prouincialis in Lusä-  
tia inferiore Assessore, Patrono meo,  
dum uiuam, colendo, in Auditorio Iu-  
ridico, publice explicatis, ad Summos  
in utroque Iure capeffendos honores  
uiam patefecit. Futuro igitur Octo-  
bris die XXVII. Praeside Viro Ex-  
cellentissimo atque Consultissimo, Gebh.  
Christiano Bastinellero, I. V. Doctore  
et Pandect. P. P. itemque Collegio-  
rum Iuridicorum, quae hic sunt, As-  
sessore,



seffore, Dissertationem inauguralem,  
*de Citatione Edictali*, habere in-  
grediar.

Hunc actum solennem, ut Magnus  
Academiae PRO-RECTOR, Illustris-  
simi Comites, Patres Conscripti, et Ci-  
ues Academici praesentia sua cohone-  
stare uelint, ea, qua par est, humani-  
tate, rogo atque contendo. P. P. Vi-  
tembergae Dominica XVII. post  
Trinitatis Anno R. S.  
clō 1ōCC XVIII.

---

LITERIS VIDVAE GERDESIANAЕ.



lesores Dissertation inauguralem  
de Civitate Eibitall, habere in  
Gredin  
Hanc adum Johannem, ut Magnificus  
Academiae Praeceptor, Rector, Bibliothecarius  
mi Comites, Patres Conscripti, et Ci-  
vites Academicis praesentis sua conone-  
fate velint, ea, quae per eos humani-  
tate, rege atque conato. P. P. Vi-  
temporae Dominae XVII. post  
Iunias Anno R. S.  
cl. 1708 XVIII.

LITTERIS VIDEAE GERDESIAE





ULB Halle


3

005 708 540









1718 6

PRO-RECTOREM MAGNIFICVM  
ILLVSTRISSIMOS COMITES  
PATRESQVE AC CIVES ACADEMIAE

AD  
*DISPUTATIONEM INAUGVRALEM*  
CONSULTISSIMI  
SVMMORVM IN VTROQVE IVRE HONORVM  
CANDIDATI

**GOTOFREDI REINOLDI  
KOESELISII**

VITEMBERGENSIS  
EO, QVO PAR EST, CVLTV ET STVDIO  
INVITAT

**CHRISTOPH. HENRICVS  
BERGERVS, D.**

ORDINIS IVRIDICI IN ACADEMIA  
VITEMBERGENSI H. T. DECANVS.

